R Aquæ kali puri congium unum.

Vaporet ad ficcitatem ; dein ad ignem liquescat, et effundatur.

## LIQUOR VOLATILIS,

SAL, ET OLEUM CORNU CERVI. R Cornu cervi p. libras decem.

Distilla

Diftilla, ignem gradatim augens. Afcendent liquor volatilis, fal, et oleum. Oleo et fale feparatis, liquorem ad tertiam vicem diftilla.

Sali adde æquale cretæ præparatæ pondus; et fublima ad tertiam vicem, vel ufque dum fiat candidus.

Idem liquor volatilis, fal, et oleum elici poffunt e partibus quibusvis quorumcunque animalium, adipe excepta.

#### NATRON PRÆPARATUM.

R Barillæ in pulverem tritæ P. libras duas, Aquæ distillatæ congium unum.

Coque barillam in aquæ M. libris quatuor per horam dimidiam, et cola. Partem, quæ poft colandum reftat, coque cum reliqua aqua, et cola. Liquores mifti vaporent ad libras duas, et feponantur dies octo. Hunc liquorem iterum cola; et, poft debitam coctionem, fepone ut fiant cryftalli. Cryftallos in aqua diftillata folve; liquorem cola; decoque; et fepone, ut fiant cryftalli.

46

## SALES.

AQUA AMMONIÆ ACETATÆ. R Ammoniæ præparatæ P. uncias duas, Aceti diftillati M. libras quatuor, vel quantum fatis fit ut ammonia faturetur. Mifce.

### KALI ACETATUM.

R Kali præparati P. libram unam.

Coque lento igne in aceti distillati quadruplo vel quintuplo. Effervescentia cessante, plus aceti distillati per vices adjiciatur, donec, priore aceto fere per exhalationem absumto, plus aceti additum nullam cieat effervescentiam; quod fiet consumto aceti distillati quast pondere librarum viginti. Postea lente exficcetur. Relinquetur sal impurus, qui lento Igne aliquantisper liquefiat ; deinde aqua solvatur et per chartam coletur. Si liquefactio rite peracta sit, liquor colatus expers coloris erit; sin aliter, coloris fusci. Denique lento igne vaporet hic liquor ex vase vitreo minime profundo, sale, dum arescit, subinde moto, ut citius ad ficcitatem perveniat; qui vase ob-

4: 112 1/16 11 1200301 30

turato

SALES.

turato affervari debet. Sal candidiffimus effe debet, totufque tum aqua tum fpiritu vinofol folvi, nullis fæcibus relictis. Si fal, etiamfi albus fit, in fpiritu vinofo fæces aliquas demiferit, eo fpiritu folutus per chartam colandus eft, iterumque exficcandus.

#### KALI TARTARISATUM.

R Kali præparati P. libram unam, Crystallorum tartari P. libras tres,

Aquæ distillatæ ferventis congium unum.

Kali in aqua foluto tartari cryftallos in pulverem tritas, gradatim adjice. Liquorem frigefactum per chartam cola. Dein, parte aquæ debita prius per vaporationem lento igne abfumta, reliquum liquorem fepone, ut fiant cryftalli.

#### KALI VITRIOLATUM.

R Salis, qui restat post distillationem acidi nitrosi, P. libras duas,

Aquæ diftillatæ congios duos.

Igne acri in vase aperto acidum supervacaneum absume; dein coque paulisper in aqua; cola, et sepone ut fiant crystalli.

NATRON

#### NATRON TAETARISATUM.

R Natri præparati P. uncias viginti, Crystallorum tartari in pulverem tritarum

## P. libras duas,

Aquæ distillatæ ferventis M. libras decem.

Natron in aqua folve, et gradatim adde crystallos tartari. Liquor per chartam cole= tur, vaporet, et seponatur ut fiant crystalli;

#### NATRON VITRIOLATUM:

R Salis, qui restat post distillationem acidi muriatici, P. libras duas,

Aquæ distillatæ м. libras duas cum femisse.

Igne acri in vase aperto acidum supervacaneum absume ; dein coque paulisper in aqua ; cola, et sepone ut fiant crystalli.

# NITRUM PURIFICATUM, R Nitri P. libras duas, Aquæ diftillatæ M, libras quatuor,

Coque nitrum in aqua donec solvatur: cola, et sepone ut fiant crystalli.

49

#### ALUMINIS PURIFICATIO.

R Aluminis P. libram unam, Cretæ P. drachmam unam,

Aquæ diftillatæ м. libras duas.

Coque paulisper; cola, et sepone ut fiant crystalli.

#### ALUMEN USTUM.

R Aluminis P. libram dimidiam.

In vase fictili ure quamdiu ebullit.

Crystallos falium, fi fæcibus ullis inquinantur, primum liquore relicto, dein paululo aquæ distillatæ, vel spiritus vinosi rectificati lava.

Quum falis cujufvis concreverint cryftelli ex quocunque liquore quod reliquum liquoris eft effunde, et, fi opus fit, cola. Vaporatione iterata partem liquoris abfume, et fepone ut fiant cryftalli. Hoc repete quamdiu cryftalli prodeunt puræ.

## MAGNESIA.

## MAGNESIA

# MAGNESIA.

## MAGNESIA ALBA.

R Magnefiæ vitriolatæ,

Kali præparati, fingulorum P. libras duas, Aquæ distillatæ ferventis M. libras viginti,

Magnesiam vitriolatam et kali præparatum fingulatim solve in aquæ libris decem, et per chartam cola; dein misce. Coque liquorem paulisper, et adhuc calentem cola per linteum, super quod restabit MAGNESIA ALBA; dein aqua distillata sæpius affusa kali vitriolatum ablue.

# MAGNESIA USTA.

R Magnefiæ albæ P. uncias quatuor.

D 2

Magnessæ albæ ignem acrem duas horas subde, et frigefactam in vase vitreo obturato repone,

PRÆPARATA

#### 52 PRÆPARATA C SULPHURE.

## PRÆPARATA e SULPHURE.

FLORES SULPHURIS LOTI. R Florum sulphuris P. libram unam,

Aquæ distillatæ м. libras quatuor.

Flores sulphuris coque paulisper ex aqua distillata; deinde hanc aquam effunde, et, frigida affusa, acidum ablue: denique flores exsicca.

#### KALI SULPHURATUM.

R Florum sulphuris P. unciam unam, Kali præparati P. uncias quinque.

Salem sulphuri per lentum ignem liquefacto assidua agitatione immisce, donec in unum coëant.

#### OLEUM SULPHURATUM,

#### ET

PETROLEUM SULPHURATUM.

R Florum sulphuris P. uncias quatuor, Olei olivæ P. uncias sedecim.

Flores fulphuris coque cum oleo in olla parum operta, donec in unum coëant.

Itidem fit petroleum sulphuratum.

SULPHUR

# PREPARATA ex ANTIMONIO. 53

SULPHUR PRÆCIPITATUM.

R Kali sulphurati P. uncias sex,

Aquæ distillatæ P. libram unam cum semisse,

Acidi vitriolici diluti quantum fatis fit.

Coque kali fulphuratum ex aqua distillata donec folyatur. Liquorem per chartam cola, et adde acidum vitriolicum dilutum. Pulverem præcipitatum lava, affusa sepius aqua, donec infipidus fiat.

## PRÆPARATA ex ANTIMONIO.

ANTIMONIUM CALCINATUM.

R Antimonii in pulverem triti P. uncias octo, Nitri in pulverem triti P. libras duas.

Misce, et gradatim in crucibulum igne candens immitte; ure quod restat post deslagrationem per horam dimidiam, et frigefactum in pulverem tere; deinde aqua distillata lava.

Acidi

R Croci antimonii in pulverem triti,

D 3

54 PRÆPARATA EX ANTIMONIO.

Acidi vitriolici, fingulorum P. libram unam,

Salis muriatici exficcati P. libras duas.

Acidum vitriolicum retortæ infunde, paulatim addens falem muriaticum et crocum antimonii prius mista : dein balneo arenæ fiat distillatio. Quod prodit per aliquot dies aëri pateat ; tum effundatur e fæcibus pars liquida.

ANTIMONIUM TARTARISATUM.

R Croci antimonii in pulverem triti P. libram unam cum femisse, Crystallorum tartari P. libras duas, Aquæ distillatæ congios duos.

Coque in vafe vitreo horæ partem quartam; per chartam cola, et liquorem colatum fepone, ut fiant crystalli.

ANTIMONIUM VITRIFACTUM.

R Antimonii in pulverem triti P. uncias quatuor.

In vafe fictili lato ure, igne fenfim aucto, bacillo ferreo agitans, donec fumum emit-

## PRÆPARATA EX ANTIMONIO. 55

tere ceffaverit. Hunc pulverem inde crucibulo, ita ut duas tertias partes ejus occupet. Operculo aptato, ignem fubministra, primum modicum, deinde acriorem, donec liquesiat. Vitrum liquesactum effunde.

## CROCUS ANTIMONII.

R Antimonii in pulverem triti, Nitri in pulverem triti, fingulorum P. libram unam,

Salis muriatici P. unciam unam. Misce, et gradatim in crucibulum igne candens injice, et quod restat post deslagrationem, calore aucto, liquesac. Tum effunde, et frigesactum a scoriis separa.

# PULVIS ANTIMONIALIS.

R Antimonii in pulverem crassum triti, Cornu cervi rasi, singulorum P. libras duas.

Misce, et injice ollæ ferreæ latæ, igne candenti calefactæ, et affidue agita, donec colore cinereo fuerint. In pulverem tere, et crucibulo loricato immitte. Crucibulum aliud inversum, cui parvum sit in fundo foramen, D 4 opc 55 FRÆPARATUM EX ARGENTO.

ope luti conjunge. Ignem subministra, quem ad calorem album sensim auge, et ita auctum serva per horas duas. Dein quod remanet post ustionem in pulverem subtilissimum tere, postquam refrixerit.

#### SULPHUR

ANTIMONII PRÆCIPITATUM.

R Antimonii in pulverem triti P. libras duas, Aquæ kali puri M. libras quatuor, Aquæ distillatæ M. libras tres.

Mifce, et coque igne lento horas tres, affidue agitans, et addens aquam diftillatam, prout opus fuerit. Lixivium calidum cola per linteum duplicatum; et liquori adhuc calenti inftilla paulatim acidi vitriolici diluti quantum fatis fit ad dejiciendum fulphur. Aqua calida kali vitriolatum ablue.

## PRÆPARATUM ex ARGENTO.

ARGENTUM NITRATUM.

R Argenti P. unciam unam, Acidi nitrofi diluti M. uncias quatuor.

Argentum

## PRÆPARATA C FERRO.

Argentum acido nitrofo diluto in vafe vitreo fuper arenam calidam folve; deinde, calore leniter aucto, exficca: postea in crucibulo liquefac, cavens ne nimius sit calor, et effunde in formas idoneas.

# PRÆPARATA e FERRO.

FERRUM AMMONIACALE.

R Ferri ramentorum P. libram unam, Salis ammoniaci P. libras duas.

Misce, et sublima. Quod restat in vasis fundo cum pulvere sublimato simul terendo misce; iterumque sublima.

FERRI RUBIGO.

R Ferri ramentorum P. libram unam.

Ferri ramenta aëri exposita humecta sepius aqua, donec in rubiginem exesa fuerint; deinde tere in mortario ferreo, et affusa aquá distillata pulverem subtilissimum ablue: residuum, quod modico tritu in pulverem facile abluendum non redigitur, humectatum aëri iterum expone; et denuo in mortario tritum ablue. Pulvis ablutus siccetur.

## 58 PRÆPARATA EX HYDRARGYRO.

#### FERRUM TARTARISATUM.

R Ferri ramentorum P. libram unam, Crystallorum tartari tritarum P. libras duas, Aquæ distillatæ м. libram unam.

Misce, et in patulo vale vitreo dies octo aëri expone; dein balneo arenæ arefactum in pulverem subtilissimum tere.

### FERRUM VITRIOLATUM.

R Ferri ramentorum,

Acidi vitriolici, fingulorum P. uncias octo, Aquæ diftillatæ м. libras tres.

Misce in vase vitreo, et quum cessaverit ebullitio, siste aliquamdiu super arenam calidam; deinde liquorem effusum per chartam cola, et post idoneam exhalationem sepone, ut fiant crystalli.

## PRÆPARATA ex HYDRARGYRO.

#### CALOMELAS.

R Hydrargyri muriati P. libram unam, Hydrargyri purificati P. uncias novem.

Tere

## PRÆPARATA EX HYDRARGYRO. 5)

Tere fimul donec globuli vifum fugerint : et fublima : dein totum iterum tere, et fublima Eodem modo fublimationem quater repete. Postea in pulverem subtilissimum tere, et affusa aqua distillata fervente lava.

CALX HYDRARGYRI ALEA.

R Hydrargyri muriati, Salis ammoniaci, Aquæ kali præparati, fingulorum P. libram dimidiam.

Solve primo falem ammoniacum, et dein hydrargyrum muriatum ex aqua distillata; quibus adde aquam kali præparati. Pulverem lava donec faporis expers fuerit.

HYDRARGYRUS ACETATUS. R Hydrargyri purificati,

Acidi nitrofi diluti, fingulorum P. libram dimidiam,

Kali acetati, P. uncias tres, Aquæ diftillatæ tepidæ, м. libras duas.

Hydrargyrum cum acido nitrofo diluto misce in vase vitreo, et leni calore digere per horas quatuor et viginti, ut solvatur hy-D 6 drargyrus.

## OO PRÆPARATA EX HYDRARGYRO.

drargyrus. Hydrargyrum nitratum ita præparatum effunde in kali acetatum aqua tepida (90?) prius folutum, ut fiat hydrargyrus acetatus; hunc aqua diftillata frigida primum lava, deinde aqua diftillata fervente, quæ fatis fit, folve. Liquorem per chartam cola, et fepone, ut cryftalli fiant.

HYDRARGYRUS CALCINATUS. R Hydrargyri purificati p. libram unam.

Hydrargyrum in cucurbita vitrea, cui fundus planior fit, in balneo arenæ, caloris 500°, expone, donec in pulverem rubrum concreverit.

HYDRARGYRUS CUM CRETA.

R Hydrargyri purificati P. uncias tres, Cretæ præparatæ P. uncias quinque.

Tere fimul donec globuli vifum fugerint.

HYDRARGYRUS CUM SULPHURE.

R Hydrargyri purificati,

Florum sulphuris, singulorum P. libram unam.

Tere simul donec globuli visum sugerint. HYDRARGYRU

# PRÆPARATA EX HYDRARGYRO. 61

HYDRARGYRUS MURIATUS. R Hydrargyri purificati, P. libras duas, Acidi vitriolici P. uncias triginta, Salis muriatici exficcati P. libras quatuor.

Hydrargyrum cum acido vitriolico vafe vitreo coque in balneo arenæ donec hydrargyrus vitriolatus exficcatus fuerit; quem frigefactum mifce vafe vitreo cum fale muriatico; tum in cucurbita vitrea fublima, calore fenfim aucto. Dein hydrargyrum muriatum fublimatum a fcoriis fepara.

HYDRARGYRUS MURIATUS MITIS.

R Hydrargyri purificati,

Acidi nitrofi diluti, fingulorum P. libram dimidiam.

Misce in vase vitreo, et sepone donec hydrargyrus solvatur. Ferveant, ut solvatur hydrargyrus nitratus. Liquorem ferventem effunde in vas vitreum, cui prius inditus sit alius liquor fervens, constans

> Salis muriatici P. unciis quatuor, Aquæ distillatæ M. libris octo.

> > Postquam

62 PRÆPARATA EX HYDRARGYRO.

Postquam pulvis ad imum vasis descenderit, effundatur liquor limpidus supernatans; et pulvis remanens affusa sepius aqua calida lavetur donec insipidus st. Tum charta bibula exceptus leni calore exsiccetur.

HYDRARGYRUS NITRATUS RUBER.

R Hydrargyri purificati,

Acidi nitrofi, fingulorum P. libram unam, Acidi muriatici P. drachmam unam.

Misce vase vitreo, et in balneo arenæ solve hydrargyrum ; tum ignem auge, donec hydrargyrus nitratus in crystallos rubras abierit.

HYDRARGYRUS PURIFICATUS. R Hydrargyri,

Ferri ramentorum, fingulorum P. libras quatuor.

Tere fimul, et distilla e vase ferreo.

SULPHURATUS RUBER.

R Hydrargyri purificati P. uncias quadraginta, Sulphuris P. uncias octo.

Sulphuri

## PRÆPARATA C PLUMBO.

Sulphuri liquefacto hydrargyrum immifce. Si miftura flammam concipiat, eam extingue vas tegendo; deinde in pulverem tere, et fublima.

R Hydrargyri purificati P. libram unam, Acidi vitriolici P. uncias quindecim.

Mista in vase vitreo, gradatim incalescant donec coëant; et igne acri penitus exsiccentur. Hæc, plurima aqua distillata calida affusa, statim slavescent, et in pulverem fatiscent. Pulverem tere cum hac aqua in mortario vitreo. Postquam pulvis subsederit, aquam effunde; et aqua distillata lava donec saporis expers fuerit.

## PRÆPARATA e PLUMBO.

AQUA LITHARGYRI ACETATI. R Lithargyri P. libras duas cum unciis quatuor,

Aceti distillati congium unum.

Misce, et decoque ad libras sex, affidue agitans; dein sepone. Postquam fæces subfederint, cola.

CERUSSA

63

## 64 PRÆPARATUM C STANNO.

#### CERUSSA ACETATA.

R Cerussæ P. libram unam, Aceti distillati congium unum cum semisse.

Coque cerussiam cum aceto donec acetum faturetur; deinde per chartam cola, et, post idoneam exhalationem, sepone, ut fiant crystalli.

## PRÆPARATUM e STANNO.

#### STANNI PULVIS.

R Stanni P. uncias quatuor.

Act 7 227

Liquefac, et spumam aufer ; dein effunde in vas ferreum fincerum. Agita, aut tere in pulverem, cujus partem tenuiorem per cribrum setaceum transmitte.

Accel diffiliati congium motta.

and a substance for the second of a second for the second second

## PRÆPARATA

# PRÆPARATA E ZINCO 65

# PRÆPARATA e ZINCO.

# ZINCUM CALCINATUM.

R Zinci in frustula fracti P. uncias octo.

Zincum crucibulo candenti, capaci, alto, et inclinato per vices injice, crucibulum aliud fuperimponens, adeo ut aëri liceat zincum candens attingere. Calcem, fimul ac fiat, exime, et partem ejus albam et leviorem per cribrum tranfmitte.

# ZINCUM VITRIOLATUM.

R Vitrioli albi P. libram unam, Acidi vitriolici P. drachmam unam, Aquæ diftillatæ ferventis M. libras tres.

Mifce, et per chartam cola. Post idoneam exhalationem sepone in loco frigido, ut fiant crystalli.

AQUÆ

## 66 AQUÆ DISTILLATÆ.

## AQUÆ DISTILLATÆ.

#### AQUA DISTILLATA.

R Aquæ fontanæ congios decem.

Distilla primum libras quatuor; quibus abjectis, distilla congios quatuor. Aquam hanc serva in lagena vitrea, vitreo epistomio obturata.

### AQUA ANETHI.

R Anethi contusi P. libram unam,

Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

## AQUA CINNAMOMI.

R Corticis cinnamomi contufi P. libram unam, Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma.

Macera per horas quatuor et viginti, et distilla congium unum.

## AQUÆ DISTILLATÆ.

R Fœniculi dulcis contufi P. libram unam, Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

AQUA MENTHÆ PIPERITIDIS. R Menthæ piperitidis exficcatæ P. libram unam cum femiffe, Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma. Diftilla congium unum.

Diminis contribut among

AQUA MENTHÆ SATIVÆ. R Menthæ fativæ exficcatæ p libram unam cum femiffe, Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma. Diftilla congium unum,

67

# 68 AQUÆ DISTILLATÆ.

#### AQUA PIMENTO.

R Pimento contusi P. libram dimidiam, Aquæ fontanæ quod satis sit ad præcavendum empyreuma.

Macera per horas quatuor et viginti, et distilla congium unum.

### AQUA PULEGII.

R Pulegii exficcati P. libram unam cum femisse,

Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

#### AQUA ROSÆ.

Re Rofæ damascenæ recentis, P. libras sex, Aquæ fontanæ quod satis sit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

Aquas plerafque ex herbis exficcatis diftillandas effe præcepimus, quoniam recentes omni anni tempore non præfto funt. Quandocunque recentes in ufum veniunt, pondera funt augenda. Sive autem recentes, feu exficcatæ adhibeantur,

adhibeantur, opifici licet pondus variare, ratione habita ad cœli tempestatem, sub quo herbæ succreverint et collectæ suerint.

Herbæ et semina, ultra unius anni spatium servata, minus idonea distillationi sunt.

Singulis harum aquarum congiis adde spiritus vinosi tenuioris M. uncias quinque.

## SPIRITUS DISTILLATI.

#### ALKOHOL.

R Spiritus vinofi rectificati congium unum, Kali præparati calidi P. libram unam cum femiffe,

Kali puri P. unciam unam.

Misce spiritum vinosum cum kali puro; et dein adde kali præparati calidi libram unam; agita, et digere per horas quatuor et viginti. Effunde spiritum, cui adde kali præparati quod reliquum est, et distilla balneo aquoso. Serva in vase bene obturato. Kali præparatum calesieri debet ad 300°.

Alkoholis pondus specificum est ad pondus aquæ distillatæ ut 815 ad 1,000.

SPIRITUS

SPIRITUS ÆTHERIS VITRIOLICI. R Spiritus vinofi rectificati,

Acidi vitriolici, fingulorum P. libram unam.

Paulatim acidum vitriolicum fpiritui infunde, et ea agitando mifce; dein ex retorta in receptaculum tubulatum, cui aptetur vas recipiens, lento igne distilla spiritum ætheris vitriolici, donec vapores sulphurei inceperint adscendere.

Si aliud receptaculum adhibeas, et diftillationem continues, paululum olei vini prodibit. Hoc in ufum ferva.

#### ÆTHER VITRIOLICUS.

R Spiritus ætheris vitriolici P. libras duas, Aquæ kali puri M. unciam unam. Agita fimul, et leni calore diftilla M. uncias quatuordecim.

SPIRITUS ÆTHERIS NITROSI. R Spiritus vinofi rectificati м. libras duas, Acidi nitrofi P. libram dimidiam.

Misce affundendo acidum nitrosum spiritui ; et distilla leni calore P. libram unam cum unciis decem.

SPIRITUS

#### SPIRITUS AMMONIÆ.

R Spiritus vinosi tenuioris м. libras tres, Salis ammoniaci P. uncias quatuor, Cinerum clavellatorum P. uncias fex.

Misce, et distilla lento igne м. libram unam cum semisse.

SPIRITUS AMMONIÆ FOETIDUS.

R Spiritus vinofi tenuioris м. libras fex, Salis ammoniaci P. libram unam, Afæ fœtidæ P. uncias quatuor, Cinerum clavellatorum P. libram unam cum femiffe.

Misce, et distilla lento igne M. libras quinque.

SPIRITUS ANISI COMPOSITUS.

R Anifi contufi,

Seminum angelicæ contusorum, fingu-

lorum P. libram dimidiam, Spiritus vinofi tenuioris congium unum, Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma. Diffilla congium unum.

#### SPIRITUS CARUI.

R Carui contufi P. libram dimidiam, Spiritus vinofi tenuioris congium unum, Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

SFIRITUS CINNAMOMI.

R Corticis cinnamomi contufi P. libram unam,

Spiritus vinofi tenuioris congium unum,

Aquæ fontanæ quod fatis fit at præcavendum empyreuma.

Diftilla congium unum.

## SPIRITUS

JUNIPERI COMPOSITUS.

R Baccarum juniperi contufarum P. libram unam,

Carui contufi,

Fœniculi dulcis contufi, fingulorum P. unciam unam cum semisse,

Spiritus

Spiritus vinofi tenuioris congium unum, Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum;

## SPIRITUS LAVENDULE.

R Florum recentium lavendulæ P. libram unam cum semisse,

Spiritus vinofi tenuioris congium unum. Distilla balneo aquoso м. libras quinque.

SPIRITUS LAVENDULÆ COMPOSITUS. R Spiritus lavendulæ M. libras tres,

roris marini м. libram unam; Corticis cinnamomi contufi, Nuclei fructus myriflicæ contufi, fingulorum P. unciam dimidiam, Santali rubri P. unciam unam. Digere per dies decem, et cola.

SPIRITUS MENTHÆ PIPERITIDIS. R Menthæ piperitidis exficcatæ p. libram unam cum femisse, Spiritus vinosi tenuioris congium unum,

Aqua

Aquæ fontanæ quod satis sit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

SPIRITUS MENTHÆ SATIVÆ.

R Menthæ fativæ exficcatæ P. libram unam cum femisse,

Spiritus vinosi tenuioris congium unum, Aquæ fontanæ quod satis sit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

SPIRITUS MYRISTICÆ.

R Nuclei fructus myristicæ contusi, P. uncias duas,

Spiritus vinosi tenuioris congium unum, Aquæ fontanæ quod satis sit ad præcavendum empyreuma.

BRAID COD LOUDIE.

US MENTAX PIPERIS

Distilla congium unum.

#### SPIRITUS PIMENTO.

R Pimento P. uncias duas, Spiritus vinofi tenuioris congium unum, Aquæ fontanæ quod satis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

SPIRITUS PULEGII.

API MICHERI ATTOX TONT

R Pulegii exficcati P. libram unam cum femisse,

Spiritus vinofi tenuioris congium unum, Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum. 10 2000000

6 24

#### SPIRITUS

RAPHANI COMPOSITUS.

R Raphani rusticani recentis,

Aurantiorum hifpalenfium corticis exterioris exficcati, fingulorum P. libras duas, Cochleariæ hortenfis recentis P. libras quatuor, Nuclei fructus myriflicæ contufi, F. unciam unam.

E z

Spiritus

Spiritus vinofi tenuioris congios duos, Aquæ fontanæ quod fatis fit ad præcavendum empyreuma. Distilla congios duos.

. amore am empression.

SPIRITUS RORIS MARINI. R Cacuminum roris marini recentium P. libram unam cum femiffe, Spiritus vinofi tenuioris congium unum.

DECOCTA et INFUSA.

Distilla balneo aquoso M. libras quinque.

DECOCTUM CINCHONÆ, VULCO CORTICIS PERUVIANI. R Cinchonæ in pulverem tritæ P. unciam unam, Aquæ diftillatæ M. libram unam cum un-

ciis tribus.

Spiriting?

Coque per horæ partem fextam in vafeoperto, et liquorem adhuc calentem cola.

raciei frudius mysulien contuli, r. na-

TISAN MENT

77

DECOCTUM CORNU CERVI. R Cornu cervi usti et præparati P. uncias duas,

Arabici gummi P. drachmas fex, Aquæ diftillatæ м. libras tres.

Decoque, affidue agitans, ad libras duas, et cola, stalos is dischofint ins , moupil mans

DECOCTUM PRO ENEMATE. R Foliorum exficcatorum malvæ P. unciam unam, Chamæmeli exficcati P. unciam dimidiam,

Aquæ м. libram unam. Coque, et cola.

DECOCTUM PRO FOMENTO. R Abrotoni exficcati, Abfinthii maritimi exficcati, Chamæmeli exficcati, fingulorum P. unciam unam, guoo lackou Foliorum lauri exficcatorum P. unciam dimidiam, Aquæ distillatæ M., libras sex. Paulisper coque, et cola. E 3

DECOCTUM

DECOCTUM HELLEBORI ALBI.

R Hellebori albi in pulverem triti P. unciam unam,

Aquæ distillatæ м. libras duas, Spiritus vinosi rectificati P. uncias duas.

Helleborum ex aqua decoque ad libram unam liquoris, cui frigefacto et colato, adde spiritum.

DECOCTUM HORDEI.

R Hordei, omni cortice nudati, P. uncias duas,

Aquæ distillatæ м. libras quatuor.

Aliena, hordeo adhærentia, aqua frigida primum ablue; deinde, affufa aquæ libra circiter dimidia, hordeum paulifper coque. Hac aqua abjecta, hordeo aquam diftillatam ferventem adde; decoque ad libras duas, et cola,

#### DECOCTUM

#### HORDEI COMPOSITUM.

R Decocti hordei м. libras duas, Caricarum incifarum P. uncias duas, Glycyrrhizæ incifæ et contufæ P. unciam dimidiam,

Uvarum

Uvarum paffarum, acinis exemtis, P. uncias duas,

Aquæ diftillatæ м. libram unam. Decoque ad libras duas, et cola.

R Sarfaparillæ concifæ p. uncias fex, Aquæ distillatæ M. libras octo.

Macera per duas horas calore circiter 195°; dein farfaparillam exime, et contunde; contufam liquori redde, et iterum macera per horas duas. Deinde liquorem, ad menfuram quatuor librarum decoctum, exprime, et cola.

#### DECOCTUM

SARSAPARILLÆ COMPOSITUM.

R Sarfaparillæ concifæ et contufæ P. uncias fex, Corticis radicis faffafras,

Ligni guaiaci rafi, Glycyrrhizæ contufæ, fingulorum P. unciam unam, Mezerei P. drachmas tres, Aquæ diftillatæ M. libras decem.

E 4

Macera

# DECOCTA et INFUSA-

80

Macera leni calore per horas fex; dein decoque ad mensuram librarum quinque; sub finem coctionis addens mezereum. Cola liquorem.

#### DECOCTUM ULMI.

R Ulmi recentis contus P. uncias quatuor, Aquæ distillatæ M. libras quatuor. Decoque ad libras duas, et cola.

MUCILAGO AMYLI.

R Amyli P. drachmas tres, Aquæ distillatæ M. libram unam.

Amylum tere, paulatim addens aquam diftillatam; dein coque paulisper.

MUCILAGO ARABICI GUMMI. R Arabici gummi in pulverem triti P. uncias quatuor, Aquæ distillatæ ferventis M. uncias octo.

Tere gummi cum aqua donec solvatur.

## DECOCTA et INFUSA;

81

# MUCILACO

SEMINIS CYDONII MALI. R Seminum cydonii.mali p. drachmam unam, Aquæ distillatæ м. uncias octo.

Coque lento igne ad horæ sextam partem; dein per linteum transmitte.

MUCILAGO TRAGACANTHÆ.

R Tragacanthæ in pulverem tritæ P. unciam dimidiam,

Aquæ distillatæ м. uncias decem.

Macera leni calore donec tragacantha folvatur.

# INFUSUM

CENTIANÆ COMPOSITUM.

R Gentianæ concisæ P. drachmam unam, Aurantiorum hispalensium corticis exterioris exsiccati P. drachmam unam cum femisse,

Limonum recentium corticis exterioris P. unciam dimidiam,

Aquæ ferventis M. uncias duodecim. Macera per horam unam, et cola.

E

INFUSUM

82

#### INFUSUM ROSÆ.

R Rofæ rubræ exficcatæ P. unciam dimidiam, Acidi vitriolici diluti P. drachmas tres, Aquæ distillatæ serventis M, libras duas cum semisse, Sacchari purificati P. unciam unam cum semisse.

Aquam primo petalis affunde in vase vitreo; dein adde acidum vitriolicum dilutum, et macera per horam dimidiam. Liquorem frigefactum cola, et adjice saccharum.

INFUSUM SENNÆ SIMPLEX.

R Sennæ P. unciam unam cum femisse, Zingiberis in pulverem triti P. drachmam unam,

Aquæ distillatæ ferventis M. libram unam,

Macera per horam unam in vase operto, et liquorem frigefactum cola,

#### INFUSUM

SENNÆ TARTARISATUM.

R Sennæ P. unciam unam cum semisse, Coriandri contusi P. unciam dimidiam,

IN FRISTING

Crystallorum

# DECOCTA et INFUSA.

Crystallorum tartari P. drachmas duas, Aquæ diftillatæ м. libram unam.

Crystallos tartari ex aqua coquendo folve; deinde liquorem adhuc ferventem sennæ et seminibus affunde; macera per horam unam in vase operto, et frigefactum cola.

# AQUA CALCIS.

R Calcis P. libram dimidiam,

Aquæ distillatæ ferventis м. libras duodecim.

Misce, et sepone in vase operto per horam unam; dein effunde liquorem, quem in vase obturato serva,

#### ACETUM SCILLÆ.

R Scillarum recens exficcatarum P. libram unam,

Aceti м. libras fex, Spiritus vinofi tenuioris м. libram di-

E 6

midiam,

Macera

VINA MEDICATA.

84

Macera feillas aceto leni calore in vase vitreo per horas quatuor et viginti. Deinde liquorem exprime, et sepone ut fæces subfidant; denique liquori effuso adde spiritum.

# VINA MEDICATA,

VINUM ALOES

R Aloës focotorinæ P. uncias octo, Canellæ albæ P. uncias duas, Vini albi hifpanici м. libras fex, Spiritus vinofi tenuioris м. libras duas.

Aloën et canellam albam separatim in pulverem tere; mistis vinum et spiritum vinosum affunde. Deinde digere per dies quatuordecim, subinde agitans; et postremo cola.

Non alienum erit arenam albam, fordibus purgatam, pulveri miscere, ne scilicet concrescat aloë madefacta.

## VINUM ANTIMONII.

R Antimonii vitrifacti in pulverem triti r. unciam unam,

## VINA MEDICATA.

Vini albi hispanici M. libram unam cum semisse.

Digere per dies duodecim sæpe agitans; et per chartam cola.

#### VINUM

### ANTIMONII TARTARISATI.

R Antimonii tartarifati P. fcrupulos duos, Aquæ distillatæ ferventis M. uncias duas, Vini albi hispanici M. uncias octo,

Solve antimonium tartarisatum aqua distillata fervente, et adde vinum.

#### VINUM FERRI.

R Ferri ramentorum P. uncias quatuor,

Vini albi hispanici M. libras quatuor.

Digere, sæpe agitans, per mensem; et cola.

VINUM IPECACUANHÆ. R Ipecacuanhæ contufæ P. uncias duas, Vini albi hifpanici м. libras duas. Digere per dies decem, et cola.

VINUM

VINUM RHABARBARI.

R Rhabarbari concifi P. uncias duas cum semisse,

Cardamomi minoris contufi P. unciam dimidiam,

Croci P. drachmas duas,

86

Vini albi hispanici M. libras duas,

Spiritus vinosi tenuioris M. uncias octo. Digere per dies decem, et cola.

# TINCTURÆ.

#### TINCTURA ALOES.

R Aloës focotorinæ in pulverem tritæ P. unciam dimidiam,

Extracti glycyrrhizæ P. unciam unam cum femisse,

Aquæ distillatæ,

Spiritus vinofi tenuioris, fingulorum M. uncias octo.

Digere in balneo arenæ, vas fubinde agitans, donec folvatur extractum ; et cola.

TINCTURA ALOES COMPOSITA. R Aloës focotorinæ,

Croci, fingulorum uncias tres, Tincturæ myrrhæ м.libras duas. Digere per dies octo, et cola.

TINCTURA ASÆ FOETIDÆ, R Afæ fætidæ P. uncias quatuor, Spiritus vinofi rectificati M. libras duas, Digere leni calore per dies fex, et cola.

#### TINCTURA

AURANTII CORTICIS.

R Aurantiorum hifpalenfium corticis exterioris recentis P. uncias tres, Spiritus vinofi tenuioris м. libras duas.

Digere per triduum, et cola.

# TINCTURA BALSAMI PERUVIANI,

R Balfami peruviani P. uncias quatuor, Spiritus vinofi rectificati м. libram unam, Digere donec folvatur balfamum.

87

88

TINCTURA BALSAMA TOLUTANI.

R Balfami tolutani P. unciam unam cum femisse,

Spiritus vinosi rectificati M. libram unam. Digere donec solvatur balsamum, et cola.

TINGTURA ASA FORTINE.

TINCTURA BENZOES COMPOSITA.
R Benzoës P. uncias tres,
Styracis colati P. uncias duas,
Balfami tolutani P. unciam unam,
Aloës focotorinæ P. unciam dimidiam,
Spiritus vinofi rectificati M. libras duas
Digere leni calore per triduum, et cola.

TINCTURA CANTHARIDIS.

R Cantharidum contusarum P. drachmas duas, Coccinellarum in pulverem tritarum P. drachmam dimidiam,

Spiritus vinosi tenuioris M. libram unam cum semisse.

Digere per dies octo, et cola.

1110211

TINCTURA CARDAMOMI. R Cardamomi minoris contufi P. uncias tres, Spiritus vinofi tenuioris M. libras duas. Digere per dies octo, et cola.

TINCTURA CARDAMOMI COMPOSITA.

R Cardamomi minoris, Carui,

All Vanisha

Coccinellarum, fingulorum in pulverem tritorum, P. drachmas duas, Corticis cinnamomi contufi P. unciam dimidiam,

Uvarum passarum, demtis acinis, P. uncias quatuor,

Spiritus vinosi tenuioris M. libras duas. Digere per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA CASCARILLE.

R Cafcarillæ in pulverem tritæ P. uncias quatuor,

Spiritus vinofi tenuioris M. libras duas. Digere leni calore per dies octo, et cola.

TINCTURA

δq

# TINCTURA.

TINCTURA CASTOREI.

R Caftorei ruffici in pulverem triti P. uncias duas,

Spiritus vinofi tenuioris M. libras duas.

Digere per dies decem, et cola.

900

TINCTURA CATECHU. R Catechu P. uncias tres,

Corticis cinnamomi contusi P. uncias duas, Spiritus vinosi tenuioris M. libras duas.

Digere per dies decem, et cola.

TINCTURA CINCHONÆ, VULGO COR-TICIS PERUVIANI.

R Cinchonæ in pulverem tritæ P. uncias fex,

Spiritus vinofi tenuioris M. libras duas. Digere leni calore per dies octo, et cola.

TINCTURA CINCHONÆ, VULGO CORTICIS PERUVIANI, AMMONIATA. R Cinchonæ in pulverem tritæ P. uncias

#### quatuor,

Spiritus ammoniæ compositi M. libras duas. Digere in vase clauso per dies decem, et cola. TINCTURA

TINCTURA CINCHONÆ, VULGO CORTICIS PERUVIANI, COMPOSITA.

R Cinchonæ in pulverem tritæ P. uncias duas,

Aurantiorum hispalensium corticis exterioris exficcati P. unciam unam cum semisse, Serpentariæ virginianæ contusæ P. drachmas tres,

Croci P. drachmam unam, Coccinellarum in pulverem tritarum P. fcrupulos duos, Spiritus vinofi tenuioris M. uncias viginti. Digere per dies quatuordecim, et cola.

R Corticis cinnamomi contufi p. unciam unam cum femiffe,

Spiritus vinofi tenuioris м. libram unam. Digere per dies decem, et cola.

TINCTURA CINNAMOMI COMPOSITA. R Corticis cinnamomi contufi p. drachmas fex, Cardamomi minoris p. drachmas tres, Piperis Piperis longi,

Zingiberis, fingulorum in pulverem tritorum, P. drachmas duas, Spiritus vinofi tenuioris M. libras duas. Digere per dies octo, et cola.

R Colombæ in pulverem tritæ p. uncias duas cum femisse, Spiritus vinosi tenuioris M. libras duas. Digere per dies octo, et cola.

TINCTURA FERRI AMMONIACALIS. R Ferri ammoniacalis p. uncias quatuor, Spiritus vinofi tenuioris M. libram unam. Digere, et cola.

cam femific.

R Ferri rubiginis P. libram dimidiam, Acidi muriatici P. libras tres, Spiritus vinofi rectificati M. libras tres.

Ferri rubigini affunde acidum muriaticum in vase vitreo; mista per triduum subinde agita. Sepone ut fæces subsidant, dein liquorem effunde.

unam absume, et frigefacto spiritum vinosum adde.

TINCTURA GALBANI.'
R Galbani minutim concifi P. uncias duas, Spiritus vinofi tenuioris M. libras duas.
Digere leni calore per dies octo, et cola.
TINCTURA GENTIANÆ COMPOSITA.
R Gentianæ concifæ et contufæ P. uncias duas,
Aurantiorum hifpalenfium corticis exterioris exficcati P. unciam unam,
Cardamomi minoris contufi P. unciam dimidiam,
Spiritus vinofi tenuioris M. libras duas.
Digere per dies octo, et cola.

тихстика GUAIACI AMMONIATA. R Guaiaci, gummi refinæ, triti P. uncias quatuor, Spiritus ammoniæ compositi м. libram unam cum femisse.

Digere per triduum, et cola.

TINCTURA

## 94 TINCTURE.

TINCTURA HELLEBORI NIGRI. R Hellebori nigri in pulverem crasium triti P. uncias quatuor, Coccinellarum in pulverem tritarum P. fcrupulos duos, Spiritus vinofi tenuioris M. libras duas. Digere leni calore per dies octo, et cola. TINCTURA JALAPII. R Jalapii in pulverem triti P. uncias octo, Spiritus vinosi tenuioris M. libras duas. Digere leni calore per dies octo, et cola. TINCTURA MYRRHÆ. R Myrrhæ contufæ P. uncias tres, Spiritus vinosi tenuioris M. librara unam cum femiffe, rectificati м. libram dimidiam. Digere leni calore per dies octo, et cola. mandil .M inlogmoo minoma

## TINCTURZE.

95

# TINCTURA OPIL.

R Opii purificati duri in pulverem triti P. drachmas decem,

Spiritus vinosi tenuioris M. libram unam. Digere per dies decem, et cola.

TINCTURA OPII CAMPHORATA.
R Opii purificati duri, in pulverem triti, Florum benzoës, fingulorum r. drachmam unam,
Camphoræ r. fcrupulos duos, Olei anifi r. drachmam unam, Spiritus vinofi tenuioris m. libras duas.
Digere per dies decem, et cola.

TINCTURA RHABARBARI.

R Rhabarbari concisi P. uncias duas, Cardamomi minoris contusi, P. unciam dimidiam, Croci P. drachmas duas,

Spiritus vinosi tenuioris M. libras duas. Digere per dies octo, et cola.

96

TINCTURA RHABARBARI COMPOSITA.

R Rhabarbari concifi P. uncias duas, Glycyrrhizæ contufæ P. unciam dimidiam,

Zingiberis in pulverem triti, Croci, fingulorum P. drachmas duas, Aquæ diftillatæ M. libram unam,

Spiritus vinosi tenuioris M. uncias duodecim.

Digere per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA SABINÆ COMPOSITA.

R Extracti fabinæ P. unciam unam, Tincturæ castorei м. libram unam, myrrhæ м. libram dimidiam.

Digere donec folvatur extractum fabinæ, et cola.

## TINCTURA SCILLÆ.

R Scillarum recens exficcatarum P. uncias quatuor,

Spiritus vinosi tenuioris M. libras duas. Digere per dies octo, et liquorem effunde. TINCTURA

97

#### TINCTURA SENNÆ.

R Sennæ P. libram unam,
Carui contufi P. unciam unam cum femiffe,
Cardamomi minoris contufi P. unciam dimidiam,
Uvarum paffarum, demtis acinis, P. uncias fedecim,
Spiritus vinofi tenuioris congium unum.
Digere per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA SERPENTARIÆ. R Serpentariæ virginianæ P uncias tres, Spiritus vinofi tenuioris M. libras duas. Digere per dies octo, et cola.

TINCTURA VALERIANÆ. R Valerianæ fylvestris in pulverem crassum tritæ P. uncias quatuor, Spiritus vinosi tenuioris M. libras duas. Digere leni calore per dies octo, et.cola.

F

98

TINCTURA VALERIANÆ АММОНІАТА. R Valerianæ lylvestris in crassum pulverem tritæ P. uncias quatuor, Spiritus ammoniæ compositi M. libras duas. Digere per dies ofto, et cola.

тикстика zingiberis. R Zingiberis in pulverem triti P. uncias duas, Spiritus vinofi tenuioris м. libras duas. Digere leni calore per dies octo, et cola.

#### NOTA.

Tincturæ omnes, tinctura ferri muriati excepta, parari debent in vase obturato.

## MISTURÆ.

MISTURA CAMPHORATA.

R Camphoræ P. drachmam unam, Spiritus vinofi rectificati pauxillum, Sacchari purificati P. unciam dimidiam, Aquæ diftillatæ ferventis м. libram unam.

Camphoram primum cum spiritu vinoso rectificato tere, deinde cum saccharo; denique aquam gradatim adde, et misturam cola.

#### MISTURÆ.

#### MISTURA CRETACEA.

R Cretæ præparatæ P. unciam unam, Sacchari purificati P. drachmas fex, Arabici gummi in pulverem triti P. unciam unam,

Aquæ distillatæ м. libras duas. Misce.

MISTURA MOSCHATA.

R Aquæ rofæ м. uncias fex, Mofchi P. fcrupulos duos, Arabici gummi in pulverem triti, Sacchari purificati, fingulorum P. drachmam unam.

Moschum tere primum cum saccharo, dein cum arabico gummi; et gradatim adde aquam rosæ.

LAC AMYGDAL Æ. R Amygdalarum dulcium P. unciam unam cum femifie, Sacchari purificati P. unciam dimidiam,

Aquæ distillatæ м. libras duas.

Amygdalas cum faccharo contunde; dein, misturam assidue terens, aquam gradatim adjice, et cola.

99

LAC AMMONIACI.

R Ammoniaci P. drachmas duas, Aquæ distillatæ м. libram dimidiam.

Tere gummi-refinam cum aqua, gradatim affusa, donec in lac abeat.

Eodem modo fiat lac asæ fætidæ, et cæterarum gummi-refinarum.

SPIRITUS ÆTHERIS VITRIOLICI COMPOSITUS. R Spiritus ætheris vitriolici P. libras duas, Olei vini P. drachmas tres.

Misce.

SPIRITUS AMMONIÆ COMPOSITUS.

R Spiritus ammoniæ м. libras duas, Effentiæ limonis,

Olei caryophylli aromatici, fingulorum P. drachmas duas.

Misce.

SPIRITUS

#### SYRUPI. 101

SPIRITUS AMMONIÆ SUCCINATUS.

R. Alkoholis P unciam unam, Aquæ ammoniæ puræ м. uncias quatuor, Olei fuccini rectificati P. fcrupulum unum, Saponis grana decem.

Digere faponem et oleum fuccini alkohole donec folvantur; dein adde aquam ammoniæ puræ, et mifce agitando.

R Camphoræ P. uncias quatuor, Spiritus vinofi rectificati M. libras duas. Mifce ut camphora folvatur.

# SYRUPI.

In fyrupis conficiendis, ubi nec facchari pondus nec normam, ad quam id folvi debeat, præcepimus, hæc fit regula.

IR Sacchari purificati P. uncias novem et viginti,

Liquoris cujusvis M. libram unam.

F 3

Solve

Solve faccharum liquore in balneo aquofo; dein fepone per horas quatuor et viginti. Spumam aufer, et e fæcibus, fi quæ fint, effunde fyrupum.

#### SYRUPUS ALTHEE.

R Radicis recentis althææ contufæ P. libram unam,

Sacchari purificati P. libras quatuor, Aquæ diftillatæ congium unum.

Decoque aquam cum radice althææ ad dimidium; et liquorem frigefactum exprime. Sepone per horas quatuor et viginti, ut fæces descendant, et liquorem effunde. Addito saccharo, ad sex librarum pondus decoque.

SYRUPUS CARYOPHYLLI RUBRI. R Caryophylli rubri recentis P. libras duas, Aquæ distillatæ ferventis м. libras fex,

Macera per horas duodecim in vafe vitreo; liquore colato folve faccharum purificatum, ut fiat fyrupus. SYRUPI. 103

R Aurantiorum hispalensium corticis exterioris recentis P. uncias octo,

Aquæ distillatæ ferventis м. libras quinque.

Macera per horas duodecim in vafe operto; liquore colato folve faccharum purificatum, ut fiat fyrupus,

SYRUPUS CROCI,

R Croci P. unciam unam,

Aquæ distillatæ ferventis M. libram unam.

Macera crocum aqua per horas duodecim in vafe operto; liquore colato folve faccharum purificatum, ut fiat fyrupus.

SYRUPUS LIMONIS SUCCI.

R Limonum succi, postquam fæces subsede-

rint, colati, м. libras duas, Sacchari purificati P. uncias quinquaginta; Solve faccharum, ut fiat fyrupus.

Itidem confice fyrupum succi fructus mori, rubi idzi, et ribis nigri.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI. R Papaveris albi exficcati P. libras tres cum femisse.

Sacchari purificati P. libras fex,

Aquæ distillatæ congios octo.

Papaver concide et contunde; dein adde aquam et decoque ad liquoris congios tres, in balneo aquofo fale muriatico faturato. Liquorem decoctum exprime. Hunc per exhalationem ad quatuor circiter librarum menfuram absume, et adhuc ferventem cola, primum per cribrum, deinde per pannum laneum tenuem. Sepone per horas duodecim ut fæces subsidant. Liquorem fæcibus effusum decoque ad libras tres, et folve faccharum, ut fiat fyrupus.

SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI. R Papaveris erratici recentis P. libras qua-

tuor,

Aquæ distillatæ ferventis M. libras quatuor cum femifie.

Aquæ ferventi in balneo aquoso papaver erraticum gradatim adjice, crebro agitans, et vase amoto, macera per horas duodecim; tum こびてび月空気

SYRUPI.

105

TUOL

tum exprime liquorem, et sepone ut fæces subsidant. Denique cum saccharo purificato stat fyrupus.

SYRUPUS ROSÆ.

R Rofæ damascenæ exficcatæ P. uncias septem,

Sacchari purificati P. libras fex,

Aquæ distillatæ ferventis M. libras quatuor Macera rosas aqua per horas duodecim, et cola. Liquorem colatum per exhalationem absume ad libras duas cum semisse; et adde faccharum, ut siat syrupus.

SYRUPUS SPINÆ CERVINÆ.

R Succi spinæ cervinæ recentis congium unum,

Zingiberis contufi P. unciam unam, Pimento in pulverem triti P. unciam unam cum femiffe,

Sacchari purificati P. libras feptem.

Sepone succum spinæ cervinæ per triduum, ut sæces subsidant, et cola. Hujus libra una macera zingiber et pimento per horas qua-

F 5

tuor, et cola. Succi quod reliquum eft ad menfuram trium librarum decoque; dein adjice fucci partem in qua zingiber et pimento macerata fuerint; denique adde faccharum, ut fiat fyrupus.

SYRUPUS TOLUTANUS.

R Balfami tolutani P. uncias octo, Aquæ distillatæ м. libras tres.

Coque in vase operto per horas duas. Liquori, postquam refrixerit, colato admisce faccharum purificatum, ut fiat syrupus.

SYRUPUS VIOLÆ.

R Violarum recentium P. libras duas,

Aquæ distillatæ ferventis м. libras quinque.

Macera per horas quatuor et viginti ; deinde cola liquorem per linteum tenue. Adde faccharum purificatum, ut fiat fyrupus.

SYRUPUS ZINGIBERIS.

R Zingiberis contusi P. uncias quatuor, Aquæ distillatæ ferventis M. libras tres.

Macera per horas quatuor, et cola; deinde faccharum purificatum adde ut fiat fyrupus. MELLITA

## MELLITA.

107

# MELLITA.

#### MEL ACETATUM.

R Mellis despumati P. libras duas, Aceti distillati P. libram unam.

Decoque in vase vitreo lento igne ad syrupi crassitudinem.

## MEL ROSÆ.

R Rofarum rubrarum exficcatarum P. uncias quatuor,

Aquæ distillatæ ferventis M. libras tres, Mellis despumati P. libras quinque.

Macera rofas aqua per fex horas; deinde mel liquori colato admifce, et mifturam decoque ad fyrupi craffitudinem.

#### MEL SCILLÆ.

R Mellis defpumati P. libras tres, Tincturæ fcillæ м. libras duas. Diftilla in vafe vitreo ad fyrupi craffitudinem. OXYMEL ÆRUGINIS.

R Æruginis præparatæ P. unciam unam, Aceti м. uncias septem,

Mellis despumati P. uncias quatuordecim.

Solve æruginem aceto, et cola per linteum; dein adde mel, et misturam decoque ad idoneam crassitudinem.

OXYMEL COLCHICI.

R Colchici recentis in laminas tenues secti P. unciam unam, Aceti distillati м. libram unam,

Mellis despumati P. libras duas.

Macera colchicum cum aceto in vale vitreo leni calore per horas octo et quadraginta. Liquorem radice fortiter expression cola, et adde mel. Denique misturam, cochleari ligneo sepe agitans, decoque ad syrupi crassitadinem.

OXYMEL SCILLIE.

R Mellis despumati P. libras tres, Aceti scillæ м. libras duas.

